



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Secundo Praecepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

DE SECVNDO PRÆCEPTO.

DEBEREM Euangelium diligenter discere, celebrare sermone, & ornare exemplis, agnosco autem meam negligentiam in hac re. Imo sæpe prætexo priuata cupiditati Euangelium. Sæpe meum exemplis & scandalis præbeo occasionem alijs maledicendi Euangelio, aut alieno aliquos: Interdum erraui in aliquo dogmate, & contra deformaui doctrinam cœlestem.

DE TERTIO PRÆCEPTO.

SÆPE negligo publicas conciones & ceremonias in die festo, non impeditus alijs causis, & meo exemplo alios abduco: Non ago gratias Deo pro instituto ministerio, pro conseruatione Ecclesiæ, pro conseruatione Propheticoꝝ & Apostolicorū scriptorū, non adiuuo Ecclesiam precantem pro publico statu in cœtu, nimis securus fecior cura miseriarum communium, quod incitia, discordijs, bellis dissipantur Ecclesiæ & politicæ, & multorum animæ & corpora perunt, non adiuuo ipse ministerium Ecclesiasticum meis officijs, non vereor, vt debeo, pios ministros: Interdum eis maledico, & meo exemplo confirmo contentum aut odium eorum, non solum eis debitas mercedes, sæpe dies festos male colloco in res turpes, & irrito Deum aduersus multos.

DE QVARTO.

SVM negligens in mea vocatione, in studio, in regenda familia. Sum ingratus Deo pro beneficijs ordinis politici. Interdum fratribus iniuste magistratibus, & maledico eis, nec tribuo eis debitam reuerentiam ex animo. Interdum rixas excito contra leges, & violo politicum ordinem cum scandalo & aliorum detrimento, meis fratribus multibus impedio alia publica negotia necessaria. Non sum, ut oportet, vt in meo ordine me coërceam, & caueam ne turbem communem harmoniam publici status, sum $\omega\lambda\epsilon\omicron\nu\epsilon\kappa\ \eta\mu\delta\omicron\varsigma$, & mea villiani magisterio, quam publicæ, aut capto occasiones turbandi.

DE QVINTO.

SÆPE incendor iniusta indignatione, & cupiditate vindictæ, ad malis execrationes, quæ ex cupiditate nocendi erumpunt, ad uerorū amulatione. Doleo alterius potentiam aut autoritatem crebre, & premere eum cupio: Sum superbus, despicio pares, & me anteferri postulo: Sum suspicax, & ex falsis suspicionibus iniuste odia concipio, sero & confirmo discordias, sæpe peritiosos & sermones, qui sauciant animos & accedunt odia, habeo quid liuoris & malevolentia, delector obreccatione. Interdum